



*Ud. 174.*

- Contenta in hoc Volumine I. :
1. Strauß, Godofr., de capitazione. Viſembergac 1740.
  2. Bechmann, Joh. Volkmar., tractatus de eo, quod circa equos publice privatimque iustum est. Viſemb. 1743.
  3. Hackmann, Jodoc., diſſert. de iure albinagii. Argent. 1666.
  4. Pannica, Joh. Petr., ſuſſidium interpretationis doctinalis pacis religioſae et Westphalicoe, ac utriusque ſynopſis hiſtorica. Würzburgi 1741.
  5. Koeler, Joh. Gav., diſſert. de prima pace religioſa No- rimbergoſi. Altonpii 1782.
  6. Budet, Chrift. Gottl., diſſert. de vitiis peccorum ve- naliū. Deniae 1740.
  7. Lederer, Mich. Frid., diſſeūſus de iure flauulae. Wittenb. 1666.
  8. Wildvogel, Chrift., diſſert. de iure reteſionis inter platos Imperii. Deniae 1700.
  9. Ludewig, Joh. Petr., Paradoxa iuriſ, moxime publici. Halae 1707.
  10. Hildebrand, Henr., diſſert. de iure wildfangiatus Serenissimo Electori Palatino proprie. Altonf. 1723.
  11. Thomasii, Chrift., diſſert. de praefcriptione Regalium ad iuris ſubditorum non pertinente. Halae 1696.
  12. de Bunau, Henr., diſſert. de iure circa rem monetariam in Germania. Lipsiae 1716.
  13. Rhetii, Joh. Frid., diſſeūſus de iure portuum. Tranſoquiti ad Viadr. 1671.
  14. Heuerenrod, Joh. Caſp., diſſert. de iure rectigalium Marburgi Cat. 1669.

15. de Spunckhausen, Phil. Adolph., doctrina de iure ministrorum exigendi a principe dimissionem.  
Halae 1716.
16. Leyser, August., minister Principis delinqwent. Vitemb.  
et Lips. 1735.
17. Pestel, Frid. Ulr., medicamentum de iure circu laternaria. Rintelii 1746.
18. Baffineller, Gebh. Christ., dissert. de eo, quod iustum  
et aequum videtur in praescriptione immunitatis ab oneribus publicis. Vitemb. 1749.
19. Hildebrand, Henr., dissert. de equo sequelac et ad alia fortia destinata atque de equo equestri et feudali.  
Altonf. 1734.
20. Mencian, Godofr. Ludor., ius fiscer moro adhaerens  
Imperio. Vitebergae 1735.
21. Pestel, Frid. Ulr., exercitatio de communione per  
petua metallifodinarum inter constatus Imperii darante quantavis venae omnes in  
alterius recessint territorium. Rintelii 1737.
22. Schinid, Achat. Iud. Cat., commentatio de iuris  
collectandi cum territoriali superioritate  
necu haud necessario. Denae. (cum fundat.)

ini.  
n.  
te.  
m  
ri.  
or.  
i.  
8  
er  
Am  
en  
Se  
nd.)







*Q. D. B. V.*

*10.*

DISSE<sup>89</sup>TATIO PUBLICA  
DE  
IVRE WILDFANGIATVS  
SERENISSIMO ELE-  
CTORI PALATINO  
PROPRIO

SUB MODERAMINE  
HENRICI HILDEBRANDI, JC<sup>ti</sup>  
SERENISSIMI DVC. PALAT. SOLISBAC.  
NEC NON REIP. NORIC. CONSIL.

ET PROF. PVBL.

IN NORICORVM VNIVERSITATE

D. IX. IVN. MDCCXVII  
SOLENNITER VENTILATA

A  
FRANCISCO MAVRITIO DE LOEWEN  
PALATINO.

*14.*

*29*

*5/2*

ALTORE I

RECVD. IOD. GVIL. KOHLESIVS, VNIV. TYPOGR. A. 1723.

*15.*

*Nb. 24.*

DISSEMINATIO PAULIGI

VERE MUNDANAE  
SERENISSIMO ET  
COTRI PALTINI  
PROPRIO

HENRICI HILDEBRANDI. TCG.  
SERENISSIMI DUC. PALAT. SOLITARII.  
NEC NON HILL NORIC CONSUL.  
TITRORI PAUL  
INGRICO RUM. UNIVERSITATIS  
D. LUDV. WIECKA  
SOLINNITATIS. AVENTINATIS  
FRANCISCO MARITIO DE LOBANO  
PALTINI.



C. D.

CAP. I.

*De Jure Wildfangiatus, eiusque origine  
in genere.*

I.



Aria inter eminentia jura, quibus Serenissimus Elector Palatinus in Imperio Romano-Germanico, præ reliquis Principibus atque Proceribus Imperii, summopere splendecit, adducta a Marquard. Freher. de Orig. Palatin. c. 15. nec non Jo. Henr. Böckler. in Notit. Imp. Lib. 6. cap. 9. atq; Joh. Limnaeo de jure publ. Lib. 3. c. 9. & in Addition. ad Lib. 3. cap. 9. ut & a Dn. Jacob. Wilh. ab Imhoff in Notit. Imp. Procer. lib. 2. cap. 9. num. 23. jus Wildfangiatus quoque existit, cum primis memoratu vel ideo dignum, cum jus istud nulli alii Principum, vel Statui Imperii inveniatur indulsum. Hoc jus Potentissimo Electori Palatino, non tantum in ditionibus Electoratu suo sub-

À 2

jectis,

jectis, sed & in Principum, aliorumque immediatorum Imperii vicinorum circumiacentium territorii, a multis retro seculis ita solenniter est acquisitum, ut & post belli flamas exinde ortas, sed Laudo Heilsbronensi, die <sup>17</sup>. Febr. A. 1667. promulgato, pacifice extintas, optimo maximoque jure in diem hucusque hodiernum libere & pacate ubique exerceatur. Vi hujus juris omnes personæ, mares & foeminae, tam extra matrimonium natæ, quam peregrinæ, subsequentem corporis sui Dominum non habentes, ceu Wildfangii, in numerum hominum propriorum cooptantur & recipiuntur, ex eo, quando in Palatinatu non modo, sed etiam in adjacentibus ecclesiasticis & secularibus dominiis, oppidis & pagis, ubi hoc introductum, domicilium constituent. Conferatur ipsum Privilegium Maximil. I. apud Auct. justit. caus. palat. part. 1. cap. 3. s. 1. contentum, & ab aliis Ejusdem Successoribus in Imperio confirmatum, dictoque Laudo Heilsbronnensi ante memorato roboratum, quod exhibit Mich. Casp. Londorp. *in continuat. Acto. Publ. Imper. Lib. 10. cap. 126. pag. m. 486.* Philipp. Andr. Burgold. *discurs. ad Instr. Pac. Osnabrug. Monast. part. 1. discurs. 26. s. 8. & seqq.*

## II.

Sicuti autem Electoralis Domus Palatina istud jus Wildfangiatus non tantum ex privilegio ab Imp. Maximil. I. gloriose memoræ sub A. 1518. obtento, & a subsequentibus Imperatoribus confirmato, atque per investitures feudales multifariae stipato sibi afferit, sed & ex antiquiori consuetudine & observantia, ante privilegium istud multo immemoriali ævo antecedenter introducta sibi competere contendit, secundum Refutationem Deductionis a gravaminantibus Statibus divulgatam exhibitam a Londorp. *in Act. Publ. lib. 10. cap. 57.* nec non tenorem Laudi Heilsbronn. ab allegato prius Auctore adducti, *in lib. 10. cap. 126.* Ita non erit extra nostri instituti rationem, heic discutere & inquirere, qua occasione, & a quo tempore Palatinatui hoc Jus

Wild-



Wildfangiatus antiquitus jam fuerit attributum. Sane pristinam  
Rhenani populi conditionem, & imperium olim in hunc popu-  
lum, potentia Domus Palatinae competens, nec non Dignitatem  
Officialem huic a primordio Teutonici regni acquisitam, natales isti  
juri Wildfangiatus subinde deditis, probabilis omnino est con-  
jectura, historiarum fide suffulta. Quandoquidem conditio ista  
hominum & indoli antiquorum incolarum Rheni convenit, &  
a jure Palatini officii in Imperio non est aliena. Illam Ger-  
maniae nostrae fidissimus Livius, Christ. Lehman. in *Chron. Spir.*  
*lib. 2.c. 22.* priorum hominum nostræ ætatis (libera quorum  
non minus, ac veterum colonorum Germanicorum conditio)  
originem ad Clodovei tempora referens, hisce descriptis verbis:  
Es hat aber die Leibeigenschaft in Deutschland folgender Ge-  
stalt angefangen. Um das Jahr nach der Geburt des Herrn  
Christi 499. hat sichs zugetragen/ daß zwischen den Deutschen  
selbst / nemlich den Franken disseits Rhein eins / und den  
Alemanniern / das ist Schweißern / Schwaben / Bayern /  
Thüringen / Hessen / Meißnern andern Theils/ grosse Kriege  
entstanden / weil berührte Völcker ungern geschen / daß den  
Franken so groß Glück beygewohnet / und was disseits Rhein  
gelegen / unter ihren Gewalt bezwungen / derohalben die Füß  
zusammen gesetz / und die Landen in Germania prima und  
secunda am Rheinstrom von ihrem Gewalt zu erretten / und  
ledig zu machen für genommen / erstlich mit König Hilderich /  
und hernach mit dessen Sohn König Clodoveo grosse Kriege  
geführt / in welchen beyde Theil überaus ernstlich und streng  
mit unaussprechlichen Blutvergiessen zu unterschiedliche mahn-  
len gefritten / und ist so fern kommen / daß die Alemannier  
oder Deutsche Völcker / jenseit des Rheins / die Städte und  
Land in Germania prima bis gegen Köln/ den Franken sämt-  
lichen wieder entwältiget / und sie am grössten Theil des Rhein-  
stroms wieder ausgeschaffet. Hernach hat König Clodoveus

aberwahln mit den Alemanniern bey Tolkirch ein Treffen  
 gethan / darin er mit seinem Volk in so grosse Gefahr ge-  
 raten / daß ihm alle menschliche Hülf vergebentlich erschie-  
 nen. In solcher höchsten Noth und Gefährlichkeit ist ihm  
 zur Gedächtniss kommen / daß sein Gemahl dem Christlichen  
 Glauben zugethan / des Herrn Christi Allmacht und star-  
 cken Arm offternals hoch gerühmet / darauf er doch als ein  
 Heyd nichts gehalten / jeho aber in der Angst eines grossen  
 mächtigen Helfers sich bedürftig befunden / dervhalben den  
 Herrn Christum um seinen Beystand angerufen. So hat  
 auch der Herr / als der sich anzurufen befohlen / und auch  
 Erhörung versprochen / Clodoveo sich gnädig und behülf-  
 lich in solcher Noth erwiesen / also daß er die Feind mächtig  
 geschlagen / überwunden / und stattlichen Sieg erhalten. In  
 solchem Glück hat er bey sich das beste Mittel ermessen / dem  
 Sieg nachzusezen / und dem Krieg mit den Alemanniern auf  
 einmahl den Garans zu machen. Turon. lib. 2. cap. 30. & 31.  
 Sigebert. Rhenan. lib. 3. c. 1. & 2. Aemil. sub Clodoveo. Sigon.  
 de regn. Ital. l. 16. ist den Feinden / so dem Schwerdt ent-  
 flohen / über Rhein nachgesetzt / und im Schrecken aller Land  
 und Städte mächtig worden: Dieweil dann Clodoveus bey  
 den Römlern den Brauch in acht genommen / daß sie die Über-  
 wundene mit Leibeigenschaft beladen / und dadurch alle Mittel  
 wider sie zu kriegen abgeschnitten / hat er gleichmässige Streng  
 und Schärf vorgenommen / und die Alemannier aller Wehr  
 und Waffen entblößet / anstatt daß er Mann / Weib und Kin-  
 dern das Leben geschenkt / alle sämtlich zu Knechten und mit  
 Leib und Gut ihm zu eigen gemacht / und aus ihrer uralten  
 Deutschen Freyheit so tieff herunter gesetzt / daß sie weder selbst  
 Krieg erheben konten / noch zu Kriegs-Händeln oder andern  
 Obrigkeitlichen Verwaltungen gezogen werden / sondern Die-  
 ner und entwehrte Leute seyn und verbleiben müssen. Huic  
 narra-

narrationi consentiunt alii Historici fide digni , Trithem. lib. 1.  
annal. Francor. Rhenan. lib. 2. rer. Germ. Johan. Stumpf. in  
Chron. Helvet. lib. 3. cap. 57. & lib. 4. cap. 27.

## III.

Vnde palam est, quod Clodoveus Francicum Imperium re-  
fugientes & sibi exutientes, tandem debellatos Alemanno-  
rum Romanorum exemplo, servitute coercuerit, & armis honori-  
busque detracitis, servos Regios fecerit. Trithem. lib. 1. annal.  
Francor. Stumpf. Lib. 3. cap. 57. Speidel. Spec. var. obseru. voce:  
Quibzigen. Ut ut ista durior conditio, hominibus istis non perpe-  
tua, neque ipsi omnes in solorum Regum bonis diu extiterint,  
alii enim pretio, alii gratis pristinae libertati restituti, alii ceno-  
biis, alii fisco Regio servati, alii etiam a Ducibus, Comitibus,  
Nobilibus, aliquis beneficiario titulo possessi, diversa accepere  
nomina: Closter-Leute/ Gottshaus-Leute/ St. Peters-Leute/  
Königs-Leute / Stumpf. Lib. 4. cap. 27. fol. 285. Mager. de  
advocat. armat. cap. 6. alii non tam Regis, quam Imperii ho-  
mines, Reichs-Leute / alii des Heil. Crucis Leute / vocati,  
quod per crucem certo altari sacratam, ejusdem in bonis esse desi-  
gnentur. In constitutionibus Caroli Magni Aldiones & Liddi  
appellati sunt, illi ea lege vivebant in Italia, eandemque servie-  
bant servitutem, quam hi Liddi in Francia. Goldast. Alemann.  
tom. 3. fol. 80. Aut. Justit. causæ palat. part. I. cap. I. §. 2.  
Cum itaque hujusmodi hominum conditio inferioris Rheni ter-  
ris jam satis fuerit cognita, non e longinquo erit, hominum pre-  
riorum in Palatinatu originem exinde repetere.

## IV.

Existente sic circa tractum Rhenanum jam ab antiquo ho-  
minum priorum qualitate, Palatini Principes Rheni ex  
antiquissima ac legitima Pipinorum prosapia orti, sicuti apud  
Francorum primos Reges Merevingos praefecturam palatii, seu  
Prætorij comitivam gesserunt, secundum Freher. de Origin. Pa-  
lat.

*Lat. cap. 3. pag. 43.* & jam tunc ad Rheni ripas cultissimas adeo, ab ipsis ejus ostiis in infima Germaniae loca, que se in mare germanicum extendunt, ad fontes usque propemodum, longe latere imperaverunt, ceu partim hujus Palatinatus propriæ & patrimoniales Provinciæ, ditionesve, quæ adhuc juris Palatini mansere, hodienum produnt, partim vero territoria aliis Principibus & vasallis beneficiario Jure concessa, non obscure testatur. Hubert. Thom. Leod. *in annal. pal. lib. I. in fin. pag. m. 12. II. & 12.* Ita quoque, licet subinde variae mutationes circa eorundem provincias intercesserint, tamen Jus Celsissimorum Comitum Palatinorum Rheni retinuerunt, & nunquam illud in locis, quæ antea proprietatis hi possiderunt, penitus deposuere, quemadmodum jus recipient in suam clientelam & protectionem homines peregrinos & adventitios, & extra legitimum matrimonium natos, in terris vicinis, Palatinati Rheni circumiacentibus semper exercitum oppido edocet, & affatim comprobat. Vicissitudo enim rerum, quæ ipsis ademit illarum provinciarum Dominatum, jus Palatinatus tamen ipsis divinitus dicatum & destinatum afferre quam minime potuit, sed hujus splendore ubique adhuc in terris Rheni & Imperii, ubi sceptra Palatina fulgent, singulariter coruscante merito gloriantur, prout Hubert. Thom. Leod. *in annal. palat. lib. I. p. m. 11.* & Marquard. Freher. *de Orig. palat. cap. 3. per tot. iure demonstratum.*

## V.

Cum proinde jus Palatini Electoris etiam in terris illis, quæ olim dominatiui Palatino suberant, exterritum non cessaverit, splendorque & dignitas Palatinatus talis tantusque fuerit, ut ipse Imperator, sive Rex Romanorum non dedigneret, Electoris Palatini cognitioni certo modo sese subjicere secundum Auream Bull. *cap. 5. §. 3. in verbis:* *Et quamvis Imperator sive Rex Romanorum super causis, quibus impetratus fuerit, habeat, sicuti*

sicut & consuetudine introductum dicitur, coram Comite Palatino Rheni, Sacri Imperii Archidapifero, respondere: Illud ramen Judicium Comes ipse Palatinus non alibi, praterquam Imperiali in Curia, ubi Imperator, sed Romanorum Rex praesens, exiterit, poterit exercere. Hujus textus antiqua versio germanica apud Goldast. in statut. & rescript. Imper. hanc in rem proposita, ita se habet: Und wie doch seye von alter Gewohnheit im Brauch / also man spricht: das ein Kayser oder Römischer König in Sachen / die er hat zu verantworten / vor einen Pfalzgrafen des Rheins / der da ist des heiligen Römischen Reichs Erkrutschess und ein Churfürst / doch so mag der Pfalzgraf da Gerichte nirgend anderwo halten / dann allein in d. Reichs Hoff / da der Kayser oder Röm. König gegenwärtig ist. Sed textus communiter usitatus Aureæ Bullæ in vernacula nostra, hunc in modum sonat: Und wiewohl ein Kayser als Röm. König von Sachen wegen / darum er angemuthet wird / von alter Gewohnheit / vor einen Pfalzgrafen bey Rhein/ des Heil. Röm. Reichs Ers-Trutschess/ antworten soll / jedoch soll der Pfalzgraf solches nirgends haben noch suchen / dann an einem Kayserl. Hoff / oder wo der Kayser oder Röm. König gegenwärtig ist. Id quod a veteri comitiva Palatina non absque probabilitate deducit Freher. in Originis palat. pag. 1. cap. 16. pag. 139. quando ait, quod Palatinus Praefectus Palatii, in aula & prætorio Cæsaris amplissima ista cognitione prædictus sit, ut ipse Rex vel Cæsar ab aliquo, coram eodem conveniri, & coram hoc solo se susterne dignetur. Limnæus in jur. publ. Libr. 3. cap. 9. num. 23. & seqq. Imo totius quoque Palatii Cæsaris judex sive Praefectus erat, Richter des Kayser / oder Röm. Hoffs. Limn. de Jur. publ. Lib. 3. cap. 9. §. 9. n. 23. & seqq. Hinc Comitis Palatini autoritatem & officium Aventinus lib. 4. annal. Bojor. fol. 297. ita de-

scribit: *Comes Palatinus vice Cæsaris præsidendo senatui Princis defungebatur, fidem Imperatoris implorantibus dabat, jusque reddebat, fiscum Auguſti atque prædia ſalica, reditus regioſ procurabat, Cæſareum censum exigebat, & nihil citra ejus autoritatem ab eodem decernebatur, atque statuebatur.*

## VI.

Electoris Palatini eminentia & potestate tam late se diffundente in Imperio, ut ipsius cognitioni Cæſar, ceu dictum, ſemet ipsum non modo, ſed totam fere Aulam olim ſubjecerit: multo minus dubitandum eſt, quin eidem Palatinæ potestati etiam fuerit confeſſum, jus in terris Palatinis adventitios & extra legitimum thorū natos, ceu homines proprios, in ſuam tutelam atque protectionem, quaſi in jurisdictionem Palatinam, ſub certa recognitione & praefatione recipiendi, cum nec hodiernæ jurisdictioni Palatinæ in aula Cæſaris exercendæ, ſimilis facultas inconveniens sit, ſecundum Dn. ab Vffenbach. de Jud. Aut. Imp. cap. 16. ſubſect. 3. n. 2. pag. 89.

## VII.

Merito hinc jus Wildfangiatus ex antiqua obſervantia Imperii Electori Palatino quaſita deducitur, & ipſi ceu Imperii Palatino Rheni facultas tribuitur, peregrinos, ad terras Palatinatus adventantes, in ſuam quaſi jurisdictionem, tutelam & proprietatem cooptandi, fere eundem in modum, uti Palatino Saxoni, in Curia & Aula Imperii, etiam eo in loco, quo ejusdem territoriali dominio nemo eſt ſubjectus, competit jus quoddam, peregrinos in Curia & Aula Imperii viventes in ſuam jurisdictionem, protectionem & tutelam, assumendi. Dn. ab Vffenbach. de jud. Aut. c. 16. ſubſect. 3. n. 2. p. m. 89. Dn. de Seckendorff. im Teutſchen Fürſten-Staat p. 2. c. 5. p. 589. Palatino Rheni eadem jurisdictione, licet non in ipſa Curia & Aula Imperii, tamen in terris ad Palatinatum olim pertinentibus, fere parili modo indulta fuit. Hinc Palatinati quoque competit jus reluendi dominia

minia

minia & loca Imperii a Cæsaribus oppignorata , jus advocatæ ,  
 jus conducendi & proscribendi per Episcopatus Nemetum &  
 Vangionum, aliaque territoria vicina , jus creandi nobiles , nec  
 non jus tuendi fabros ahenarios, per Alsatiam, Franconiam, Sue-  
 viam , & vicinas terras , quo jus posterius nobili familie de  
 Zobel in subfeudum extat concessum. Dn. Jac. Wilh. ab Im-  
 hoff. in notit. Imp. Proc. Lib. 2. cap. 9. §. 23. Mager. de advocat.  
 arm. cap. 15. num. 115. & seqq. Limn. de Jur. Publ. Lib. 3. c. 9.  
 n. 83. Cluten. in Syllog. concl. 24. lit. L.

## VIII.

Hac Palatinatus potestate ab antiquo jam dudum hæreditaria  
 & patrimoniali existente, certisq; terris atque provinciis imposita ,  
 non anxie amplius disquirendum est, unde Serenissimo Electori  
 Palatino in terris vicinorum Procerum & Dominorum , jus illud  
 fuerit quæsitum, cum jam ab antiquo, Palatinatus Imperii splen-  
 dori & Officio illud natales suos debeat, & dehinc optimo maxi-  
 moque jure antiqua observantia & consuetudine eidem Palatina-  
 tui istud jus impertitum existimetur , quod nec ullo alio privi-  
 legio, & investiturarum confirmatione opus habuit, cum ille,  
 qui tali juris fundamento nititur , per tot vetusta temporum  
 spatha, memoriam hominum longe excedentia, jus regale quod-  
 dam exercendi, iustitiam satis in jure non scripto ac consuetudi-  
 ne radicatam, pro se habeat, quæ juri scripto æquipollent, ita, ut  
 privilegium & consuetudo ejusmodi vetusta atque perantiqua  
 paribus passibus ambulare dicatur, cum id, quod per privilegium  
 concedi potest, etiam consuetudine introduci valeat : siquidem  
 consuetudine ejusmodi præscripta jus introducitur , quo alicujus  
 jus & jurisdictio satis efficaciter firmatur, imo consuetudo talis  
 potentior ipsa præscriptione habetur Vldar. Zas. Lib. 1. Conf. 16.  
 n. 14. & 15. Bald. conf. 18.

## IX.

Posteaquam hanc antiquam Palatinati adhærentem facul-

tatem non modo glorioſiſtimus Imperator Maximilianus I. Ejusque in Imperio Successores confirmarunt, ſed & tot investiturae Cæſareæ muniverunt, vicinorumque conſenſiones approbarunt, fane de iuſtitia hujus iuriſ ita confeſſi, & acqulſiti, nec ratione vicinorum, in quorum territoriis id exercetur, nec ratione perſonarum, in quas exercetur, amplius dubitandum erit: cum non incoſuetum ſit, in noſtra Germania, ſuperiori potiſſimum, ubi territria non clauſa inveniuntur, ut in uno territrio a pluri- bus Dominis territorialibus & Principibus, varia atque diuersa iura exerceantur: ab alio nempe ſummu m imperiu m; ab alio ju- riſdictio, verum ſimplex; ab alio ius gladii; ab alio alia iura ſibi vindicante. Rosenthal. de Feud. cap. 6. concluſ. 85. n. 10. Hinc non infrequens eſt, daß zivey-drey-oder vier-herrige Ländereſſe finden, ubi unus habet die Landes-Hoheit, alijs die Lands- Fürſtliche Obrigkeit / hic die Wildbahn / ille die Förſtliche Obrigkeit / alter die hohe Freiſch und Cent; denique alijs die Vogten und Erbgerichte. Vldar. Thom. Lauterbach. de condon- zerrit. c. 1. §. 7. Besold. de ſuſſeſſ. & mut. imp. c. 3. n. 42. pag. 140. Sic etiam ius conducedi, die Geleits-Herrlichkeit. Sere- niſſimo Electorſ Palatino Rheni competit per alienum territo- rium, licet ibi dominus territrii non ſit, daß nemlichen dem- ſelben durch die Ober-Großſchafft Eagenellenbogen / von der Bergstraße / bis gegen Franckfurth / item in der Marggrafs- ſchaft Baaden / bis gegen Pforzheim zu geleiten zufche. Bur- gold. ad Inſtr. Pac. part. 1. diſc. 26. §. 13. Non enim hujusmodi Regalis exercitium aliis quaſitum, domino territoriali de ſua eminenti potestate quidquid detrahit. Ming. de Super. territ. c. 4. §. 55. Vnde Klockius tom. 1. concl. 8. n. 178. hanc in rem ait: Es bezeugt die tägliche Erfahrung / daß / obwol ein Fürſt oder Stand durch eines andern Fürſten und Stands-Gebiete zu geleiten hat / dannoch darinn derſelbe nicht Lands-Fürſt oder Herr ſey. Vnde ius protectionis & tuitionis perſonarum &

rerum, in alterius territorio existentium, sèpius aliis est quæsitum,  
licet domini territorii non sint, salvo ubique jure territorii.  
Meischner. tom. 2. decis. camer. lib. 2. decis. 4. n. 76. quo spe-  
ciat vulgatum istud: Schuh und Schirm gaben keine Obrigkeit.  
Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 14. n. 105. Mager. de advocat. arm.  
cap. 10. n. 441. Sunt enim jura ita compatibilia, ut subditi ali-  
cujus territorii duobus dominis, diverso jure & respectu servire  
& obedire cogantur, etra utriusque domini præjudicium, quan-  
do nempe unius domini sunt homines proprii, alterius autem  
homines homagiales & subditi, dñhero gewisse Leute eines Für-  
sten leibeigene Männer / aber eines andern Landes gehuldigte  
Unterthanen seyn können. Herman. Stamm. de servit. pers. lib.  
3. c. 4. Meisch. decis. camer. tom. 2. lib. 2. decis. 4. n. 177.  
& plus est subditum esse, quam hominem proprium, sicuti quo-  
que aliud, esse subditum quam vasallum. Anton. Gothofred. Dis-  
feudal. 7. th. 2. Ratio autem, cur illius domini, sub quo ho-  
mo proprius habitat, subditus sit, & non alterius, cuius est pro-  
prius, haec esse videtur, quia nec servitus personalis, nec sola bono-  
rum possessio sed domicilium & habitatio, proprie subditum consti-  
tuit. Andr. Gail. de arrest. imp. c. 4. n. 8. & Zach. Vietor de caus. ex-  
empt. Imp. conclus. 2.2. Stamm. de servit. person. lib. 3. c. 4. n. 4.

X.

Prouti, ceu dictum, jus regale in alieno territorio exercen-  
dum, moribus Germaniæ nec adversum, nec injustum est: ita  
nec jus Wildfangiatus ratione eorum, in quos exercetur, aliquid  
iniqui habet, licet libertas hominum exinde restringi & coarctari  
videatur: qualis restrictio libertatis de jure alioquin subsisteret  
valet, licet quidam interpres existimarent, quod tale pactum  
per quod restringitur libertas liberi hominis, tanquam contra bo-  
nos mores initum, nullam efficaciam habeat, per L. 1. & 2. ff.  
de liber. hom. exhib. & L. convention. 37. ff. de liberal. caus.  
L. nec si volens. 6. Cod. cod. Etsi duntaxat ad certum tempus

B. 3.

six.

sit istud pactum celebratum. arg. L. 12. Cod. de oblig. & action. Sicut enim pactiones expressæ libertati contrariæ irritarentur, ita pariter essent invalidæ illæ restrictiones libertatis indirectæ, quando peregrini ad terras Palatinas adventantes in numerum Wildfangorum se adscribi paterentur. Verum enimvero quod per confessionem & spontaneam subjectionem, quis se possit facere hominem proprium, non amplius in Germania disputatur. Si enim quis tam jure humano, I. 4. Inst. de Jur. Person. quam jure divino, Deut. 15. vers. 17. omnem suam libertatem vendere potest, cur cuiquam non hodie licet, salva sua libertate, sine inductione cujusdam servitutis, quam Germania erga suos nescit, ad aliquarum operarum præstationem se obstringere, & suam personam certæ glebæ ac fundo addicere: nam in L. cum scimus. 22. Cod. de Agric. & censit. & L. f. Cod. de Transact. transactiones pro servili aut adscriptitia conditione conventæ, ratæ esse jubentur. Et quid multis, quod quis alteri in se jus subjectionis constituere possit, constat ex Cap. grandi. 2. de Supplend. neglig. pralat. in 6. Nec desunt exempla, hanc præsentem assertionem confirmantia: sic enim vasalli, non nisi sub obligatione exhibendorum officiorum feudalium, feuda accipiunt, & emphyteutæ, non nisi sub annuo canone, in perpetuum agros alienos colere promittunt. Nec porro ignoratur pactum, ut debitor usque ad debiti solutionem certas operas præstet, vel in casu, si non solverit, ad carceres se obliget. Hinc multo minus contra æquitatis rationem esse potest, ut homines proprii Domino suo, ex sua promissione ad certum quid præstandum pariter se vinculent. Herm. Stamm. de Servit. perf. lib. 3. c. 3. n. 3. & c. 12. n. 6. Nec in contrarium quicquam facit, quando dicitur, ingenuum a nemine esse detinendum: siquidem hoc intelligi debet de ea detentione, quæ hominis libertatem plane tollit, & servitutem inducit; non autem de ista, quæ libertatem salvam relinquit, & duntaxat homines proprios ad certum quid præstandum

dum devincit : id quod citra libertatis imminutionem fieri posse  
palam est. Stamm. de servit. person. lib. 3. c. 12. n. 7. & 14.  
Præterea in arbitrio hominum propriorum ubique est, se ad illa  
loca non recipere, & illum statum Wildfangiatus eo ipso evita-  
re: posteaquam autem semel sua sponte in istam libertatis restri-  
ctionem consentiunt, non possunt a suo consensu, quem semel ac-  
commodarunt, neque a suo statu & conditione citra Domini sui  
voluntatem recedere. L. 5. Cod. de oblig. & action. Vldar. Zal.  
Lib. 2. conf. 19. n. 3.

## XI.

Satis exinde constare opinor justitiam juris Wildfangiatus,  
quod ab antiquo Electoratu Palatino jamjam competuit, & in  
territorio quoque alieno in peregrinos adventantes, & extra legi-  
timum matrimonium natos, iusta ratione exercendum: cum nec  
Domino territoriali, nec libertati ejus subditorum, nec juri com-  
muni istud jus aduersetur ; quia & hoc jure ex inquilinatu adscri-  
pitiorum & originariorum numero homines rite accensentur,  
per L. definimus. 13. Cod. de agric. & cens. Potest enim liber  
homo se pacto hominem proprium facere, quidni etiam statuto?  
siquidem de pacto ad statutum argumentum affirmative proce-  
dit : nam quod pacto fieri potest, idem etiam efficitur statuto,  
major enim est hujus quam illius potestas. L. ult. circa fin. Cod.  
de fidejuss. Everhard. in loc. top. Loc. 120. Jason. in L. non impos-  
sibile. 50. col. ult. ff. de pact. eo ipso enim, dum quis sciens ad  
terram Domini ejusmodi jus habentis, habitandi causa se con-  
fert, eo certius statutis & juribus istius terra se subjicit. Stamm.  
de servit. pers. L. 3. c. 14. n. 5.

## XII.

Nec porro quicquam stringunt illæ objectiones, quæ ra-  
tione justitiae hujus juris, a nonnullis fuerunt obmotæ, quasi hac  
ratione Divinis & humanis Legibus contrarius hominum venia-  
tus instituatur, dum hominibus ceu feris retia & laquei tendan-

tur,

tur, hique capti servitute atque miseriis affligantur, nec non in belluas deformantur, cum haec omnia contra facti veritatem prætendantur, ceu Auct. just. cauf. palat. p. 1. cap. 2. §. 2. latius deduxit. Novitorum enim id hominum propriorum sive Wildfangorum genus, ideo nomen germanicum Wild, accepit, quod eo tempore, quo se Palatino Dominatui ille homo submittit, Domino & certa civili societate caret, nec ullius Civitatis juribus obstrictus sit: siquidem a Germanis res incertæ curæ dominiique, frequenter Wild / appellantur, a capiendo autem dicuntur Wildfänge / non quod ferarum bestiarum in modum inviti in casses pertrahantur, nihil enim violenti hic occurrit, sed duntaxat homines sua sponte accedentes ad loca, ubi Sere-nissimus El. Palat. jus homines proprios acquirendi habet, fixa ibidem fortunarum sede fruentes, nec anni spatio a Domino quopiam vindicati (die in Jahr und Tag keinen nachfolgenden Herrn haben) in censum Palatinatus propriorum hominum, & protectionem Cellissimi Electoris recipiuntur, sub præstatione leviorum quorundam onerum. Dn. Jac. Wilh. ab Imhoff *in Notit. Imp. Proc. Lib. 2. cap. 9. num. 23.* Imo res blandior & novis istis hominibus non dura videtur, cum experientia teste, loca illa, in quibus id juris exerceatur, exterorum adventu peculiaria incrementa ceperint, nec ubique locorum, ubi Jus istud recipiendi homines proprios obtinet, dicuntur Wildfänge / sed quandoque Reichs-Leute / quandoque ankomende Leute. Burgold. *ad Instr. Pac. part. 1. discurs. 26. §. 8.* Auct. just. cauf. palat. p. 1. c. 2. §. 3. Nec hoc jus ita receptis hominibus, in alieno solo degentibus, ingratum existere potest, cum a suis præfectis non tantum contra vim externam defendantur, sed & contra tutorum domesticorum, aliorumque dominorum territorialium injurias ac castigationes immodicas, singulariter muniantur. Dn. ab Imhoff *cit. loc. n. 23. in fine.*

CAP.

## CAP. II.

*De Statu Juris Wildfangiatus olim quidem in  
controversiam deducti, sed per Laudum  
Heilbronnense denuo firmati.*

## §. I.

AMET si hocce jus Potentissimi Electoris Palatini ubiq; certum atque indubium fuerit, ægre tamen & impatienter id nunquam non tulerunt Status vicini, in primis Episcopi Nemetum & Vangionum, Wild- & Rheingravii, nec non libera in istis oris Nobilitas. Nam concessis post tricennale bellum Germaniæ halcyoniis, & pacatioribus ævis, loca desolata ab advenis passim adventantibus inhabitari incepert, hosque alte memoratus Elector tanquam Wildfangios sibi vindicavit, de quo graviter illi conquesisti sunt, magno cum suo damno, & ditionum suarum destructio- ne id conjunctum esse contendentes, idcircoque impetrantes, ut in Comitiis Ratisbon. An. 1653. habitis, a Cæsare Commissio eam ob rem decerneretur, quam tamen Palatinus acriter obni- tendo irritam reddidit. Posteaquam autem Elector Moguntinus, Johannes Philippus, tunc temporis in Wormatiensem Episco- pum cooptatus, prioribus contradictibus Imperii Statibus & membris sese aggregavit, nec non Trevirensim & Coloniensem Archi-Episcopos cum Lotharingiæ Duce, ob Comitatum Fal- kensteinum in consortium litis, & foedus pertraxit, omnes- que conjunctis viribus Serenissimo Electori Palatino controver- siam denuo obmoverunt, & scriptis primum jus Wildfangiatus, tanquam absurdum, intolerandum, barbarum, aliorum jura, ditiones ac territoria destruens, absorbensque, nullo justo ti- tulo, aut auctentico privilegio munitum, atque, etiamsi aliquod

C

habe-

habeat, ut iniquum ubique impugnarunt, quemadmodum fusi-  
us ex Auctore Vindiciarum secundum Libertatem Imperii quo-  
rundam Statuum contra Palatinum Wildfangiatum, dupli scri-  
pto An. 1665. & 1666. divulgato, dispalescit. Schurzfleisch.  
*in contin. Epist. hyst. Schleidan.* p. 3. 4. & 5. Sed Elector Pa-  
latinus hoc suum jus ab antiquis jam tum ævis confirmatum,  
optimaque juris ratione ad se delatum, vicissim publice demon-  
stravit, secundum Auct. just. cauf. palat. part. 1. cap. 2. nec  
non Mich. Casp. Londorp. *in contin. Act. Publ. Lib. 10. cap.*  
*57. per totum.*

## II.

Argumenta potiora, quibus vicini Principes & Status con-  
federati cum Moguntino nitebantur, sequentia erant. (I) Quod  
exercitio hujus juris Wildfangiatus, jura eorundem territorialia  
minuerentur, nec non subditi homagiales absorberentur, imo  
plane subverterentur, atque sic cuiusdam exteræ Dominationis  
mixtura ipsis obtruderetur. (II) Si tempestate belli tricennalis lo-  
ca evacuata, & desolata, novis hominibus implerentur, hi ho-  
mines quidem Palatini Wildfangii, pauci vero eorundem sub-  
diti redderentur. (III) Omnino durum, nec hodierno temporis sa-  
tis conveniens esset, ut quidam Imperii Constatus tot jurium in  
vicinorum Statuum terris particeps fieret; sicuti autem quilibet ple-  
bejus esset rei suæ moderator atque arbiter, cur non Palatinatus  
vicini Status eadem facultate gaudent, terris atque Provinciis  
suis eodem modo libere utendi? jus ergo circa hanc ipsis quæsitum  
impedire, ne in Cæsarî quidem potestate esset, potissimum cum  
unius Status jura in alium transferre, ubique æquitati repugnaret.  
(IV) Præterea Confederati constanter contendebant, iusto titu-  
lo & bona fide ista jura Wildfangiatus Palatini non nisi. (V)  
Afferebant Status queritantes, juris Wildfangiatus indolem  
eo collimare, ut proxima Palatinis consumerent Dominia, & his-  
ce eversis, pervaderent ad remotiora disjungenda in infinitum.  
Con-

Confer. der Gegen-Bericht derer gravirenden Stände/ apud  
Mich. Casp. Londorp. *in contin. Act. Publ. Lib. 10. cap. 56.*  
& Joh. Andr. Burgold. *ad Instrum. Pac. Westphal. p. 1. discurs. 26. §. 8.* nec non Dn. ab Imhoff. *in notit. Imp. Proc. Lib. 2. cap. 9. §. 24.*

## III.

Fundamentum autem, quibus vicissim Serenissimus Elector Palatinus hocce suum Regale Wildfangiatus & hominum priorum jus, in vicinis territoriis exercendum, tuebatur, hæc erant. (I.) Observantia & consuetudo non immemorialis aut centenaria modo, sed & seculorum aliquot possessione munita. (II.) Cæsarum, Statuum, vicinorumque Imperii membrorum expressa confirmatio, qua jus hoc dudum fuerit agnatum atque stipatum. (III.) Redintegratio hujus juris Instrumento Pacis Westphalicae, & Ferdinandi III. Imperatoris expressa investitura feudali publice roborata. Hisce causæ momentis jus suum Wildfangiatus satis nixum, nec in se aliqua iniquitate, sed vicinorum duntaxat invidia laborare prolixe contendebat, secundum Auct. just. caus. pal. part. 1. cap. 2. 3. & seqq. Mich. Casp. Londorp. *in contin. Act. Publ. Imp. lib. 10. cap. 57.* Dn. Jac. Wilh. ab Imhoff. *in notit. Imp. Proc. lib. 2. cap. 9. n. 24.* Phil. Andr. Burgold. *ad Instrum. Pac. Westphal. p. 1. discur. 26. n. 10.*

## IV.

Quod inter argumenta Palatina (I.) ad consuetudinem & observantiam inveteratam ante multa secula adeo repetendam attinet, hanc sane Serenissimi atque potentissimi Arbitri Compromissarii, ad controversiam circa hoc jus ortam decidendam utrinq; rogati, in Laudo Heilsbronnensi,  $\frac{17}{7}$  Febr. A. 1667. promulgato, satis claram eo ipso agnoverunt, quando Domui Electorali Palatinæ, jus suum proprios homines in alieno territorio sibi acquirendi, juxta tenorem Privilegii, & in eo memoratam antiquiorem consuetudinem, expressis verbis adjudicarunt. Hujusmodi consue-

tudo memoriam hominum, ac tot temporum intervalla excedens  
 vetusta, juri expresso scripto, & specialiter concessio ex legum  
 scitis æquiparatur. Vldaric. Zaf. consl. 16. n. 10. & seqq. Vnde  
 talis antiqua consuetudo, ein alter hergebrachter Gebrauch oder  
**Herkommen** / certum jus efficit, atque constituit, titulo etiam  
 validius habendum. Mynsing. cent. 1. observ. 30. Hartmann.  
 Pistor. part. 2. lib. 2. quæst. 42. n. 26. & seqq. Dn. L. B. de Lin-  
 cker Respons. 94. n. 65. eo magis autem observantia ista perve-  
 tusta censenda est, quo dilucidius ex eis, quæ Cap. I. supra ad-  
 duximus, conjiciendum venit, jus homines proprios in terris Pa-  
 latinis & ditionibus circumiacentibus & olim Palatinatui subiectis,  
 in tuitionem recipiendi, ipsi summæ Palatinatus dignitati ortum  
 atque natales suos debuisse. Neminem enim, nisi historiarum  
 ignarum, latere potest, quod ipsa Palatinatus eminentia jam tum  
 ab antiquis ævis invaluerit, cuius quidam effectus fuit, homines  
 tales in tutelam & protectionem suo in Palatinatu cooptandi,  
 sicuti constat ex Frehero de Origin. pal. lib. 1. cap. 16. nec non  
 Just. Sinolt. cognom. Schütz Colleg. publ. de Stat. rei Rom. exer-  
 cit. 5. thes. 11. lit. A. & C. & 5. th. 12. lit. A. ibique Scharschmid.

## V.

Cæterum Privilegium, quo Serenissimus Elector Palatinus  
 in hoc jure exercendo subnixus est, An. 1518. Augusta Vind-  
 licorum a Maximiliano I. confirmatum extat apud Auct. just.  
 caus. pal. part. 1. cap. 3. §. 1. sequentibus verbis : *Et idcirco*  
*deliberato animo, bene maturo consilio, certa scientia, &*  
*proprio motu, predicto nostro dilecto Avunculo, Affini & Electori,*  
*Comiti Palatino Ludovico, ejusque Heredibus, qui Electores*  
*sunt, antememoratam gratiam, honorem, privilegium, immu-*  
*nitates, consuetudines, & jura predictorum bastardorum, &*  
*Wildfangiorum accendentium, & hereditatum clementer con-*  
*firmavimus, corroboravimus, stabilivimus, de novo dedimus,*  
*concessimusque, scienter confirmamus, stabilimus, renovamus,*  
 & con-

Et concedimus ipsis, ea quoque de Rom. Imperatoris potestate &  
 plenitudine, vigore harum literarum; atque censemus, con-  
 stituimus, & volumus, ut ipse, ejusque hæredes, qui Electores  
 sunt, tales bastardos, ut & alias peregrinas personas, que per-  
 sequentem dominum non habent, veluti Wildfangios, qui in  
 predictis ipsis Principatu ac Provinciis, nec minus in adja-  
 centibus ecclesiasticis & secularibus dominiis, oppidis, pagis,  
 & ditionibus nati fuerint, vel domicilium ibi fixerint, in agris,  
 vel urbibus, in numerum hominum propriorum recipere, &  
 constitutere, ut & bastardorum eorum, si absque legitimis de-  
 scendentibus, aut justo, rito, atque valido testamento deceant,  
 ut etiam aliarum personarum, si legitimis hæredem non ha-  
 beant, aut relinquant, hereditatem & bona immobilia, nomi-  
 na, pignora, ceteraque ubicunque sita, sine ullius rei exceptione,  
 que alias secundum scripta, iura nostra, nostrorumve Succes-  
 sorum in Imperio Imperatorum aut Regum, Camere cessura  
 fuissent, ad manus suas proprias recipere & acceptare, ista  
 in usum, utilitatem & fructum suum convertere, & de ipsis  
 per omnia, ut de aliis suis propriis bonis, pro voluntate &  
 libitu suo disponere debeant, & possint, citra nostram, Succes-  
 sorum nostrorum in Imperio, aliorumve turbationem, & impedi-  
 mentum. Idem hoc privilegium Electori Ludovico, ejusque  
 hæredibus, nec non ejusdem Electorali Domui, Carolus V. An.  
 1521. literis Coloniæ datis præstitit, illudque iteravit. Hoc  
 etiam repetit, auxitque Spiræ, An. 1544. Ferdinand. I. Rex  
 Roman. & porro An. 1556. Viennæ iterum iterumque muni-  
 vit, insignique augmentatione stabilivit, atque Imperator factus ean-  
 dem privilegiorum concessionem Electori Henrico renovavit,  
 Francofurti An. 1558. Hic postmodum hanc confirmationem  
 pariter dedit Electori Friderico III. Augustæ An. 1559. porro  
 Maximil. II. Augustæ An. 1566. & Rudolphus II. An. 1578.  
 Prague Ludovico, & Joh. Casimiro, Tutori Friderici IV.

A. 1585. ipsi Friderico IV. autem Electori constituto suam cum in tutelam pervenisset, idem jus A. 1594. Ratisbonæ repetitum, atque tributum extat. Simile munimentum hujus privilegii adeptus est Fridericus V. Elector a Matthia, Ratisbonæ An. 1613. Durante bello civili, quo hic Elector Palatinus, feudo Electorali & annexo hoc privilegio per aliquod tempus exclusus erat, alii interea isthoc jure nomine Palatini fruebantur, quod tamen subsecuta pace Westphalica ipsi una cum Electoratu est redditum, secundum Instr. Pac. Monaster. §. 14. & Osnabugg. Art. IV. §. 6. Hinc etiam Ferdinandus III. Imp. in literis investituræ de Palatinatu inferiori An. 1652. die 5. Aug. Pragæ datis, Sereniss. Electori Dn. Carolo Ludovico, Comiti Palatino Rheni, jura & privilegia Archi-Palatinatui annexa concessit, facta privilegii, jurisve in homines proprios, Bastardos, & Wildfangios, expressa mentione. Idem quoque Leopoldus glorioliss. memoriae in literis investitura Viennæ A. 1660. die 13. Martii iteravit. Confer. omnino Auct. just. cauf. palat. part. I. cap. 2. 3. & 4.

## VI.

Quod præterea ad vicinorum Statuum consensum, quem non minus Potentissimus Elector Palatinus allegabat, attinet, ipse ab Auctore just. cauf. palat. part. I. cap. 4. hunc in modum adducitur: quod istud privilegium sæpius in comitiis, nemine Statuum contradicente, renovatum atque repetitum fuerit, cui totum Imperium non tantummodo tacite, sed & Proceres Imperii adeo expressum suum consensum accommodaverint, imo autem ipsi Status vicini illi, suam adprobationem & voluntatem non semel adjecerint, quemadmodum hanc in rem extans Muguntini & Trevirensis assensus confirmationi istius privilegii accommodatus edoceret, nec non Episcopi Wormatiensis, Spirensis, Comitum Falkensteinensium, quorum nomine Domus Lotharingica gravatam sese prætendebat, item Rheingraviorum, Magistri ordinis

ordinis Teutonici, Landgravii Hassiae, Comitis Hohenloici, Comitum Nassoviorum, & Leinonigenium, Abbatis Hornbacensis, aliorumque assensio, ex documentis ab ipsis olim hanc in rem exhibitis apparens testaretur. Hinc luce meridiana clarius intosceret, Maximiliani I. Imperatoris confirmationem & renovationem Palatini privilegii, juris Wildfangiatus, non destitutam esse Imperii procerum consilio, Electorum Moguntinorum & Trevirensum subscriptione, & plerorumque vicinorum nunc de isto Regali contrahentium, nunc idem in feudum recipientium, nunc pro eo sententias ferentium dictis, factisve satis declarata confirmatione & approbatione, secundum Auct. just. caus. palat. part. I. cap. 4. per tot. & cap. 5. per tot.

## VII.

Tametsi durante bello civili, Elector Palatinus & Feudo Electorali & privilegio isthoc exclusus ad tempus quoddam fuerit, nihil tamen de insigni hoc privilegio per istud bellum amisum esse, ipsae pacis publicæ tabulae testantur, & Ferdinandi III. Imper. restitutio, omnia in pristinum reducens statum, id in Pace Westphal. Art. IV. §. 6. satis declarat, hisce verbis: *Deinde un inferior Palatinatus totus, cum omnibus & singulis Ecclesiasticis, & secularibus bonis, iuribus, & apertimentiis, quibus ante motus Bohemicos, Electores, Principesque Palatini gavissunt, omnibusque documentis, regestis, rationariis, & ceteris actis buc spectantibus (eidem Carolo Ludovico Electori) plenarie restituuntur: cassatis iis, qua in contrarium acta sunt, idque Auctoritate Cesarea effectum iri, ut neque Rex Catholicus, neque ullus alius, qui exinde aliquid tenet, se huic restitutioni ullo modo opponat. & in Art. VIII. §. 1. Ut autem provisum sit, ne posthac in statu politico controversie suboriantur, omnes & singuli Electores, Principes & Status Imperii Romani in antiquis iuribus suis, prerogativis, libertate, privilegiis, libero juris territorialis, tam in ecclesiasticis quam politicis exercitio, ditionibus,*

bus,

bus, Regalibus, horumque omnium possessione, vigore hujus  
 transactionis, ita stabilitate, firmatique sunt, ut a nullo unquam,  
 sub quoconque pretextu de facto turbari possint, vel debeant.  
 Auct. just. caus. pal. part. I. cap. 3. §. 17. Vnde non est, quod  
 quispiam arbitretur, hoc privilegium in minimo extare restri-  
 ctum, turbatum vel diminutum, quin potius tanta, tamque con-  
 tinua antiquarum, mediарum, recentium Imperatoriarum confir-  
 mationum serie, id ita roboratum, & confirmatum deprehendere  
 licet, ut de eodem titubare, atque dubitare velle, idem esset,  
 ac ipsam veritatem & lucem solis negare. Confer. Deductionis  
 a Gravaminibus Statibus vicinis exhibita refutatio Palatina,  
 proposita a Mich. Casp. Londorp. in act. publ. contin. lib. cap. 57.  
 Multisariis confirmationibus hujus juris Wildfangiatus variae  
 investitura ac feudales concessiones accesserunt, quibus & ante  
 & post Fridericum III. Electorem jus illud de Bastardis & Wild-  
 fangiis, ceu pars feudi Electoralis, nominatim Electoribus Palati-  
 nis fuit traditum. Formula, qua Fridericus III. A. 1559. in  
 frequentissimo tum ecclesiasticorum tum secularium Principum,  
 Comitum, atque Nobilium ad Comitia Augustana profectorum,  
 confessu, feudum Electorale petiit, atque obtinuit, sub mentio-  
 ne privilegii juris in Bastardos & Wildfangios competentis, no-  
 minatim expressimque erat concepta. Hac etiam ab Au-  
 gustissimo Imper. Ferdinando I. in hisce terminis legitur repe-  
 tita: *Quare respeximus, hanc ejus (Friderici III.) honestam,*  
*& equam petitionem, puramque fidelitatem, qua erga nos &*  
*Imperium affectus est, & deliberato animo, bene maturo*  
*consilio nostrorum, atque Sacri Romani Imperii Electorum,*  
*Principum, Comitum, Nobilium & fidelium, eaque cer-*  
*ta scientia predicto nostro dilecto Avunculo, & Electori*  
*ante memorata sua Regalia nempe Electoratum, cum suis*  
*pertinentiis & juribus, Palatinum Comitatum Rheni, & Du-*  
*catum Bavaria, ceteraque dominia, provincias, homines, ca-*  
*stella,*

stella, bona, &c. una cum omnibus & singulis Electoralibus & principalibus dignitatibus, honoribus, ornamentis, privilegiis, prefecturis, juribus, superioribus & inferioribus jurisdictionibus, fluminibus, rivis, vectigalibus, conductibus, terra marique, feidis & vasallis, bastardorum accidentibus, Wildfangiis, proprietatibus &c. tradimus ista, & concedimus illi de Romania Cæsarea potestate scienter. Cum autem toties ejusmodi investitura concedatur, quoties vel dominus vel vasallus mutatur, veteremque formulam investitura feudalis religiose servare notum sit, hinc tot juris hujus de bastardis & Wildfangiis confirmationes, feudali investitura testificatae, impræsentiarum apparent, quot Cæsarum, Electorumque Palatinorum mutationes contigerunt. Auct. just. caus. pal. part. I. cap. 3. §. 14. & 15.

## VIII.

Argumenta autem, quibus Electoratus Palatini quandam in hoc jure impugnando adversarii, nempe Foederati vicini Proceres & status Imperii, utebantur, sequenti ratione diluebantur. Primum satis certum esse, quod jus hoc in homines proprios & Wildfangios, nec tangat territorialem superioritatem, nec violet eandem, cum hujus Dominis maneat non tantum integrum, supremum loci dominium, jus nempe ordinandi de sacris & profanis, statuta condendi, magistratus creandi, criminalem & civilem jurisdictionem exercendi, quibus juribus Dominii localis, etiam homines proprii subjecti essent, eoque nomine, ut reliqui subditi, juramentum Dominis territoriali præstarent, quamvis ratione persona sua, Domino suo proprietario, ihren Leib-Herrn / ratione conditionis sua ac proprietatis, subjicerentur; id accideret tamen sine ulla violatione juris territorialis, ad instar vasallorum, domicilium alibi habentium, & ex causa feudali Domino seudi, fidelitatem, obsequium, aliasve præstationes, vel quid aliud, salvo domini territoriali jure (nisi sint Landfassii) præstantium, ut adeo pro diverso tali respectu, Palatini Wildfangii & homines proprii,

D

uti.

utique diversis dominis subesse possint, secundum Jalonem in  
*L. rogaſti. II. ff. de reb. cred.* & *si certum pet.* quem refert, &  
sequitur referens apud Gylman. *decif. 46. n. 54.* Huc etiam  
faciunt verba Herman. Stamm. *de servit. person. lib. 3. cap. 4.*  
*num. 2.* quando ait: *hodie igitur qui est homo alterius proprius,*  
*de necessitate ejusdem subditus non est,* & vice versa, *qui est*  
*subditus, non semper est homo etiam proprius, ad diversa utri-*  
*que suis Dominis tenentur, id quod etiam usus quotidianus do-*  
*cet, unum eundemque hominem Domino alicui ratione glebae,*  
*ad agricolationem teneri, alius vero Domini, illius nimirum,*  
*sub cuius jurisdictione habitat, subditum esse.* Es ist nichts  
neues / daß ein Baur eines Fürsten und Herrn leibeigen  
Mann/ aber eines andern Unterthan seye. Siquidem plus est,  
subditum esse, & minus hominem proprium, sicuti aliud est,  
esse subditum, quam vasallum. Confer. Gothofred. *disput. feud.*  
*7. thes. 2.* Schneiderwin. *ad §. prejudiciales. 13.* & seqq. *Inst.*  
*de Action.* Non enim servitus personalis, neque sola bonorum  
possessio sed domicilium & habitatio proprie subditum facit.  
Andr. Gail. *de arrest. imper. cap. 6. n. 8.* & *lib. 2. observ. 35.*  
& 36.

## IX.

Pro altero olim, de exercitio hujus juris Wildfangiatus  
in suis territoriis queritantium gravamine removendo, Palatini  
reponabant, licet loca injuria belli tricennalis desolata, & novis  
hominibus impleta, Palatini Wildfangii augeant, numerum ta-  
men subditorum eosdem diminuere quam minime, cum eun-  
dem semper locum subditi in territorio obtinerent, quem Wild-  
fangii Palatini memorati occuparent, quia hi simul certo respe-  
ctu, territorii Domini subditi reputarentur. Auct. iust. cauf. pal.  
*p. I. cap. 6. §. 7.*

## X.

Ad tertium gravamen a vicinis Statibus obmotum, de ju-  
re

re tam vario in eorundem territorii Electoratui Palatino acqui-  
sito, & libertatem territorii sere absorbente, quam turbare nec  
Cæsar is quidem, potestati conveniret, Palatini respondebant: Si-  
cuti summæ æquitatis rationi congruum esset, ut suum cuique  
tribuatur, ita a vicinis Statibus, Domui Palatinæ quoque non de-  
beat, invideri jus ipsi quæsumum, quale & eisdem in casu, si tale  
quid ad eosdem in suo territorio spectaret, non controverte-  
retur. Nec a moribus Germanorum alienum foret, ut unus  
Procerum & Statuum Imperii, quandoque plus juris, tam in pro-  
prio, quam in alieno, altero haberet: cum non omnes Imperii  
Status, uno eodem tempore, libera territoria essent consecuti. Si-  
cuti enim alii citius, alii serius illa ipsa impetrassent, ita quoque  
aliis pauciora, aliis plura jura data data essent, & multa fisco regio &  
Imperatoribus adeo reservata, ut subinde huic vel illi impertita  
fuerint, id quod potissimum inter Primate Germaniæ, Ecclesi-  
sticis accidisset, ceu apparer ex monumentis historiæ germanicæ,  
apud Christ. Lehman. in *Chron. Spir. lib. 2. cap. 35.* Daniel.  
Heider. in *discurs. von Reichs- Vogteyen / fol. 11. & 72.*  
Sic etiam ex Imperatoris Wenceslai rescripto constaret, Cæsa-  
res quoque, in quibusdam vicinis Palatinorum territoriis, olim  
retinuisse jus Wildfangiatus, & tandem hoc Serenissimo Elec-  
tori Palatino cessisse Francfurt. A. 1398. Hoc sine dubio ob  
eam rationem, quia inveterata observantia Imperii, Palatino hu-  
jusque juri, ejusmodi homines adventantes peregrinos, in tutelam  
& protectionem suam recipiendi, facultatem jam dudum dederit,  
quam & Wenceslaus Imperator memoratus sua cessione confir-  
matam iverit. Aut. just. caus. pal. part. I. cap. 3. §. 22. Ex quibus  
proclive foret, Electores Palatinos jus suum Wildfangiatus, ho-  
mines proprios recipiendi, a pristinis temporum ævis jamjam &  
dudum ante habuisse, quam Vicinorum suorum territoria in præ-  
sentem eminentiam coaluerint & accrevissent. Burgold. ad *In-*  
*strum. pac. Westphal. part. I. discr. 26. n. 9.*

## XI.

Porro fundamento Fœderatorum quarto, ex defectu tituli justi, & bonæ fidei, contra jura Wildfangiatus adducto, ita Elector Palatinus satisfaciebat, quod, sicuti æquum, ut ille, qui longissimi temporis possessione nititur, hac sola esset tutus, nec ullam aliam tituli rationem reddere deberet, per L. 3. & 4. Cod. de prescript. 30. & 40. annor. Balb. de prescript. lib. 2. part. 3. quæst. 6. n. 2. ita multo magis ipse tutus esse deberet & securus, cum per secula, longe memoriam hominum excedentia, jus suum possideret, non nullus adeo titulus necessarius foret, cum jus tam vetusta ætate, usque inveterato comprobatum, utique loco tituli sufficientis & legitime quæsiti foret, cui adeo tot privilegiorum concessiones, & renovationes, totque investiturarum reiterationes accederent, quæ omnes plus fatis firmum juris titulum constituerent, & bonam optimamque fidem ubique proderent. Hinc juri consentaneum esset, ut, qui talem possidendi causam, & titulum haberet, bona nobilissimaque fide ubique possidere præsumeretur, per L. per Cod. de evictio. nec quicquam in contrarium ficeret, controversiam aliquandiu de juris istius usu, in uno vel altero loco intercessisse, tali ausu enim, non oppido alteri jus suum rite quæsitum & stipatum in dubium vocari posse. Auct. just. caus. pal. part. I. cap. 6. §. 2. 3. & 4. Burgold. ad Instr. Pac. Westphal. part. I. discurs. 26.

## XII.

Quinto Procerum Statuumque vicinorum querelæ, quod nempe tali Wildfangiatus jure, territoria eorundem absorberentur, Palatini objiciebant falsitatem, cum satis certum sit, in homines proprios, juri Palatino subjectos, non omnia & in primis non sublimiora territorialia jura competere; sed in iis manere Dominis jus territoriale salvum & integrum, licet quoad varias præstationes, Palatinati illi essent devincti, hæ conditionem tamen perso-

personalem duntaxat respicerent, nam qui cum subditis, aliis  
juribus eodem vinculo se obstrinxit, in territorio fortunarum  
sedem fixit, eodem Magistratu & eisdem legibus utitur, ille sine  
dubio subditus permaneret, et si domino istius loci nec mortua-  
rium, nec cenulum corporis, & similia praestare teneretur. Auct.  
just. caus. pal. part. I. cap. 6. §. 6. Burgold. ad Instr. Pac. West-  
phal. part. I. discurs. 26.

## XIII.

Rationes omnes hucusque recensitæ & utrinque in scriptis  
propositæ, nec non ad Comitia Imperii delatae, testantibus Actis  
Imperii apud Mich. Casp. Londorp. *in contin. actor. publ. lib. 10.*  
*cap. 67.* ansam dederunt Cæsareæ, nec non Suecicæ & Gallicæ  
interpositioni. Londorp. *cit. lib. 10. cap. 72. 71. 70. 69. 68.* &  
*cap. 74.* & seqq. Huic amicæ conciliatiōnē tentanda, etiam Ele-  
ctor Brandenburgicus accessit, cit. Londorp. *lib. 10. cap. 88.* &  
*89.* & seqq. quæ tractatio præliminaris quoque eo cessit, ut  
suspensione juris Wildfangiatus facta, omnes controversia de  
hoc jure obmotæ, transactionis omnimodæ amicabilis decisioni  
fuerint reservatae. Londorp. *lib. 10. cap. 110.* Nihilo secius tamen,  
antequam tota isthæc lis ita sopiri potuit, a verbis ad verbera  
utrinque deuentum est, quæ primus inflixit Moguntinus: is enim,  
re adversus Erfordienses ex animi sententia gesta, exercitum  
vincentem & auxiliis Gallicis bene auctum, Palatinas immisit in  
terras, id prætexens, quod Elector Palatinus oppidum Laden-  
burgum moenibus nudasset, neq; consensum ejus impetrasset, cum  
tamen ipse, ceu Epiloco Wormatiensi, commune in oppidum  
dominium competiisset. Isthoc cum Moguntino mox Lotha-  
ringiæ dux hostilia signa coniunxit, fructiferos in Palatinatu agros  
vastans, & magnum ubique terrorem circumferens, frustra in-  
tere Cæsare, ut amicabilis via lis tractaretur, præcipiente ju-  
benteque, nec minus Serenissimus Elector Palatinus vim istam  
belli, alia vi repellere, naturali ratione motus, annitebatur. Lon-

dorp. cit. lib. 10. cap. 113. & 114. tandem Regum Galliæ & Sueciæ interventu, compromissoque hisce delato, & secundum formam apud Londorp. lib. 10. cap. 14. existentem, suscepto, id effectum est, ut omnis lis, re bene cognita & pervestigata, etiam ad arma usque prorupta, An. 1667. die 17. Febr. Heilsbronnae fuerit feliciter sopita, atque penitus extincta. Dn. Jac. Wilh. ab Imhoff in Not. Imp. Proc. lib. 2. cap. 10. n. 25. Londorp. in contin. act. publ. lib. 10. cap. 126.

## XIV.

Vtut adeo hoc compromissum, alte memoratis exteris Potentiis delatum ab Imperatore & aliis ægre non nihil fuerit acceptum, repræsentatione tamen a Serenissimo Electore Palatino subsecuta, se eo jure in hoc compromisso usum esse, quo nec privatis fuisse interdictum, in exteris compromittere, idcirco eo minus id ipsum eidem invidendum fuisse, potissimum ista controversia contra Instrumentum Pacis Westphalicae Art. 17. §. 4. 5. & 6. per indirectum obmota. Hujus tuitioni conveniret, omnes ejusdem Consortes implorare, quos inter etiam ambo Arbitri Compromissarii, qui Paci isti Westphalicae olim, ceu Pacificatores interfuerint, & interpretationem restitutionis factæ, optime noverint. Maxime cum nec foro ordinario Austregarum locus fuerit datus, licet saepius de eisdem supplicatio sit proposita. Præterea etiam, ad partis adversæ vim eventualiter compescendam, ejusmodi Arbitris potentibus opus fuisse, ceu rationes hæc ad excusandum in medium congestæ, in scriptis hanc in rem exhibitis a Londorp. lib. 10. cap. 111. prolixius extant, Compromissum denique secutum, & Laudum sub die 17. Febr. A. 1667. Heilsbronnae promulgatum publicatumque habet idem Londorp. lib. 20. cap. 126. Ita tamen Sereniss. Electori Palatino jura Wildfangiatus in locis controversis sunt adjudicata, ut eo modo exerceat, ne norma privilegii & antiqua consuetudo excedatur, nec pro advenis habeantur, qui jam subditi vicinæ ditionis, in alium ejus-

ejusdem vicini locum migrant, ac domicilium solum transfrunt, nec subditorum debitis erga Dominos territorii officiis impedimento sint, nec ipsa Dominorum superioritas & jurisdictio laedatur. Dn. Jac. Wilh. ab Imhoff in Not. Imp. Proc. lib. 2. cap. 10. §. 24. & Burgold. ad Instrum. Pac. Westphal. part. I. discurf. 26. n. 12.

### CAP. III.

#### *De Statu Juris Wildfangiatus pacifico, eiusque potioribus effectibus.*

##### I.

POstequam superiori in tractatione latius ostensum atque demonstratum fuit, jus Wildfangiatus Potentissimo Electori Palatino proprium, extra omnem controversiae aleam, jam tum constitutum esse, etiam quoad exercitium in vicinorum terris & provinciis, nunc ejusdem potiores effectus adducere nobis proposuimus: hos inter primus omnium est, quod vi hujus juris, certi ministri & officiales constituuntur in alieno territorio, quos Praefectos-adventitiorum, Ausfauthē / Fauthē / Hörrfauthē / denominant, secundum ipsissima verba Laudi Heilsbronnenfis in versic. *quoad jura:* ibi constitutionem Praefectorum vulgo Ausfauthē / qui observant jus mandandi, & vetandi Wildfangiis & hominibus propriis, quoad debita officia & præstationes, secundum consuetudinem, qua haec tenus talia jura in singulis locis exercita fuerunt. Ordinationem talium officialium, ad tuendum jus ejusmodi, in alieno territorio constitutum, ex hisce rationibus cumprimis defensitant, quod ille, qui hoc jure in alterius Domini ditione præditus est, non minore facultate pollere debat, quam alius, regale quoddam, vel aliud jus in alieno territorio quaesitum habens, qui quendam saltuarium vel custodem

eo constituit, ut illud jus custodiat, respiciat atque conservet.  
 arg. L. 16. §. 1. ff. de usū & habit. Stamm. de servit. persōn. lib. 3. cap. 24. n. 11. Hinc quoad jura jurisdictionalia non inconveniens censetur, ut, in certis saltem casib⁹ & in causis jurisdictionem habens, peculiares iudices ordinet, qui in causis illis inter litigantes jus dicant. Cap. I. de offic. ordin. in 6. hinc in causis militaribus Magister militum. L. f. Cod. de jurisd. omn. jud. de contrahentibus annonam, Præfectus annonæ. L. 1. Cod. de offic. prefec⁹. urb. in causis mercatorum, Præfectus urbi. L. adiri 2. ff. cod. & in causis criminalibus Latrunculatores cognoscabant. L. solemus. 6 1. §. latrunculator. 1. ff. de judiciis. Ad horum exemplum, ut etiam Dominus in homines suos proprios, alterius in territorio viventes, Officiales constituat, recte concluditur. Stamm. de servit. pers. cit. loc. Horum ministrorum officium potissimum in eo consistit, ut homines proprios, & eorum descendentes, habeant specifice descriptos, mortuos ex albo deleant, supervenientes annuatim addant, ad mortuariorum, & aliorum, ad quæ pro more regionis homines proprii tenentur, præstationem, illos fideliter admoneant, contra vim injustam defendant, ne sine Domini sui consensu, alio suum domicilium transferant, & ut, ne Domino in suo jure aliquod præjudicium creetur, sed ut jus illius crescat potius, sedulo provideant, ceu hæc omnia laetus exprimuntur in der Thür-Pfälz. Lands-Ordnung tit. 8.

## II.

Porro homines proprii novitii, in numerum suæ fortis personarum co optati, secundo honorarium, quod more fere omnium, qui in societatem vel universitatem quandam recipiuntur, præstatur, ipsorum Præfecto, eorundem sollicitudinem & defensionem suscipienti, nomenque in album referenti, cuius quantitas, cum duntaxat in unico floreno, quem receptionis florenum, den Fahe-  
 Gulden / usus vocat, consistat, sane exigua est. Confer. Auct. just. caus. palat. part. I. cap. 2. §. 4. hujus etiam in formula, qua rece-

receptio ejusmodi novitiorum hominum proprietorum & Wildfangiorum fieri solet, mentio, uti istam describit Joh. Frider. Rhet. in medit. ad Inst. lib. I. dissert. 4. §. 16. hisce verbis: Wann ein Trembder und Einkommender in der Pfalz/ auch andern benachbarten Orten/woselbst Ihr Churfürst/Durch das jus Wildfangiatus haben / sich Jahr und Tag häuflich niedergässt/ und keinen nachfolgenden Herrn hat/ so kommt des Beamten oder Centgrafens Knecht zu demselben/ sprechend: Ich nehme euch im Namen meines gnädigsten Churfürsten und Herrn zum Wildfang an/ und begehre von euch den Fahe-Gulden. Dn. ab Imhoff in Not. Imp. Proc. lib. 2. cap. 9. §. 23. illum florenum ipsum Laudum Heilsbronnense vers. quoad jura &c. quoque nominatum approbat, quando istam pecuniam pro introitu expressim exigendam concessit. Confer. Londorp. in contin. act. publ. lib. 10. cap. 126.

## III.

Nec minus Wildfangii isti, etiam in alieno territorio habitantes, Serenissimo Electori Palatino, coram praefectis eo constitutis, tertio fidem promittunt, vel stipulata manu, vel jurato, pro consuetudine cuiuscunque loci, qua fidei praestatio non solum palatinis hominibus novitiis, sed etiam passim in Germania aliis hominibus propriis incumbit, ceu resert Besold. in thesaur. pract. in verb. Leibigenae Leut. cum ait: Ex moribus Germania non tantum Dominis, in quorum territoriis habitant, sed etiam ihsen Leib-Herren obedientiam jurant. Ast utrique diverso respectu, secundum Jason. in L. Rogasti. 11. ff. de reb. cred. & si cert. petat. quem hanc in rem adducit, & sequitur referens apud Gylmann. decis. 46. n. 54. Hæc fides assecurata vocatur Dienst-Pflicht / cui non impedimento est, fides homagialis, Huldigung-Pflicht / quam tanquam subditi, ratione suæ subjectionis & domicilii, domino territorii præstant, illam assecurationem Hero suo corporis atque personæ, als ihsen Leib-Herrn /

E

Herrn / exhibent, nec absurdum est, unum eundemque hominem diverso respectu, atque diverso jure censeri. Ad alia enim onera & præstationes tanquam subditus Domino territoriali, dem Landes-Herrn / tenetur, ad alia vero jura & præstationes, Domino corporis sui & persona sue obstringitur. Nec ideo quis reputatur subditus aliquis, quod juret, sed quia subditus est, ideo etiam juret. Herm. Stamm. *de servit. person. lib. 3. cap. 23. n. 3.*  
*§ 4.* Vnde hæc jura, ad quæ vigore præstitez fidei , ejusmodi homo proprius Domino personæ est devinctus, a juribus & præstationibus, quæ Domino territoriali cedunt, probe fecernit Laudum Heilsbronnense, extans penes Londorp. *act. publ. lib. 10. cap. 126.* si quando versic. *quoad jura.* hisce verbis istam rem decidit: dilcrimen fidei debet inter jura personalia in personam seu corpus, & territorialia, ex jure territorii competentia, illis personalibus juribus expressim accensetur juramentum fidelitatis & obedientiae ; sed sine præjudicio homagii Domino territorii debiti præstandi. Hoc ipsum tamen juramentum in hominibus propriis, qui simul subditi & homines proprii in ipsius Domini personæ territorio extant, ab homagio , von der Huldigungs-Pflicht/ non differt, dum eo ipso Priacipi & Domino suo, sub quo habitant, & subjectionem & obedientiam, unterthänig / getreu / gewährig und gehorsam zu seyn / jurato promittunt. Stamm. *de servit. person. lib. 3. cap. 23.*

## IV.

Pariter quarto corporis censum annum, Leib-Beth/ patlatini Wildfangii solvere tenentur. Stamm. *de serv. person. lib. 3. n. 1. n. 4.* qui census saepius exigua obulorum summa præstatur, saepius etiam , & cum primis a foeminitate, gallina , aut parte ejusdem, penditur : quæ a tempore eo, quo plerumque dari consuevit, ein Fasfnachthuhn/ Herbsthuhn/ Pfingsthuhn/ Sommerhuhn/ vel etiam Zinshuhn/ Leibshuhn/ & Rauchhuhn/ denominari solet. Auct. just. caus. pal. part. 1. cap. 2. §. 6. Receptum etenim in Germania

Germania est, ut præstationes ejusmodi gallinarum, plerumque in signum cujusdam dominii & subjectionis, vel alterius nexus cujusdam fiant, ceu habet Zafius *respons. singul. lib. 1. cap. 3.* n. 79. & Mev. *consil. 2. n. 95.* Vnde etiam palam est, quod, cum censu ejusmodi, solummodo ratione personæ exigatur, is sine omni Domini territorialis contradictione, in alieno territorio exigi possit. Quicquid enim intuitu conditionis personæ, ejusdemque status solvendum est, id sine dubio Domino & hero corporis atque personæ cedit, nec aliquid commercii cum alterius Domini territorialis jure habet. Quare & Laudum Heilsbronnense hunc censem corporis, nominatim Serenissimo Electori Palatino a suis hominibus propriis, in alieno territorio habitantibus, annuatim exigendum adjudicavit, & inter jura personalia in Wildfangios in alieno territorio degentes, competentia, retulit, in verbis: & *constituendi censem corporis in pecunia vel gallinis. apud Londorp. cit. lib. 10. cap. 126. Dn. ab Imhoff in notit. Imp. Procer. lib. 2. cap. 9. §. 23.*

## V.

Quandoque ab hominibus suis propriis & Wildfangiis summe memoratus Elector Palatinus, quinto, operas exigit atque exposcit, quod iterum antiquissimum est, & aliis dominis hominum proprietorum usitatum. Husan. *de hom. prop. cap. 6. n. 60.* Vnde istud proverbium increbuit: dieser Bauer ist mein leibeigen Mann/ und dahero mir zu frohen schuldig. Stamm. *de servit. person. lib. 3. cap. 2. n. 4. & cap. 21. n. 8.* Wehner. *in voce: Leibeigen. & in verb. Allerdienst.* Sed has operas Laudum Heilsbronnense duntaxat ad præstari solitas, & præstantibus tolerabiles, & ut debitum subditorum non impedimento sint, moderatas, restringit. Hæ opera iterum nihil commune habent cum angariis & operis, quas subditi suis dominis præstare tenentur. Nam aliæ sunt operæ personales, quas Wildfangii & homines proprii Domino suo proprietario, ihrem Leib-

E 2

Herrn/

Heeren / tanquam homines proprii , als Leibeigene / præstant ;  
& aliae sunt angariæ , & operæ tales , quæ in signum subjectionis  
& remunerationem protectionis , a subditis , als von Untertha-  
nen / Domino territoriali & jurisdictionali præstantur . Stamm.  
de servit . pers. lib. 3 . cap. 21 . §. 9 . Quamobrem Laudum  
Heilsbronnense operas personales , ab angariis & operis subjectio-  
nis , notanter distinguit , nisi in quibusdam locis etiam aliter , ra-  
tione harum angariarum , transactionibus & conventionibus circa  
earundem præstationem sit cautum , quo faciunt dicti Laudi  
Heilsbronnensis in versic. quoad jura &c. in fine extantia verba :  
nisi in locis , in quibus ex conventionibus aliquid talium est con-  
cessum , sicuti circa prætensa hec jura eorumque exercitium ob-  
servatur , quod transactiones & conventiones inter Serenissimos  
Electores Palatinos , & Rever. Episcop. Spirenses , diversis tem-  
poribus inita , nempe de An. 1491 . & de An. 1521 . & inter  
ante memoratam Domum Palatinam & Comitem Falckenstei-  
ensem , A. 1538 . celebrata disponunt . vide Laudum Heilsbronn.  
apud Londorp. in contin. act. publ. lib. 10 . cap. 126 .

## VI.

Similiter jus sequelæ , arma indicendi , lustrandique arma-  
tos , collectarum sive ordinariarum , sive extraordinariarum , secun-  
dum conventiones cum quibusdam vicinis initas , Serenissimo  
Electori Palatino in homines proprios in alieno territorio viven-  
tes sexto competit , ad tenorem cit. Laud. Heilsbron. Confer.  
Klockius de contrib. cap. 3 . n. 34 . Stamm. de servit . pers.  
Lib. 3 . cap. 24 . Vnde etiam est , quod istæ transactiones & con-  
ventiones , quoad dicta jura exercenda , solæ , ceu unicum fun-  
damentum debeant attendi in hominibus propriis , in alieno terri-  
torio existentibus . Ast in hominibus proprio in territorio habi-  
tantibus , vi superioritatis territorialis non restrictæ , omnia ista  
jura libere exercentur , quo etiam collimat Réc. Imp. de A. 1555 .  
§. 24 . Au&t. just. caus. palat. p. 1 . cap. 2 . §. 9 . & 10 . Dn.  
ab Im-

ab Imhoff. in notit. Imp. Proc. lib. 2. cap. 9. §. 23. in verbis :  
 his quibusdam in locis accedunt angaria & opera, in aliis jura  
 armorum, sequela, lustrandi & similia, bsecque jura non solum  
 in suo territorio exercet, sed etiam in alieno. Ita tamen ut ubi-  
 que verba Laudi Heilsbronnensis, transactiones, sive recessus  
 atque conventiones, nec non locorum consuetudines praecu-  
 lis habeantur. Idem judicium quoque est formandum, de jure  
 detractionis, quod pariter Dominus hominum propriorum dedu-  
 cit, quando homines propriae emigrationem a pristino suo domi-  
 no obtinere gestiunt. Stamm. de servit. pers. Lib. 3. cap. 37.  
 §. 5. Facit huc iterum Laudum Heilsbron. quando detractionem,  
 die Nachsteuer/ Domino proprietario, deua Leibherrn/ expres-  
 sim assignavit, nisi ubi Dominus territorii jus detractionis speciali  
 privilegio, vel usu adhuc quæsumit habeat. Londorp. in publ. act.  
 cont. Lib. 10. cap. 126.

## VII.

Imo etiam secundum Laudum Heilsbronnense, Electori Po-  
 tentissimo, pretia manumissionum Wildfangiorum, septimo de-  
 bentur, id quod etiam constitutioni Imperii de A. 1555. §. two  
 aber unsre/ auch Thurfürsten. 24. consentaneum evadit. Sicuti  
 autem manumissionem hanc, pro pretio secundum modum facul-  
 tatum determinando, fieri palam est, ita ea sepe expeditur in-  
 strumento manumissionis, eines Loos-Briefs/ interveniente,  
 quod documentum vulgo affrankamentum barbare vocant,  
 Specul. lib. 4. part. 1. de serv. ordin. n. 10. Wehner in voce:  
 Schleich-Briefe. Nonnunquam tamen haec dimissio sub expressa  
 ea reservatione concipitur, quod si manumissus, in domini manu-  
 mittentis territorium denuo habitare revertatur, iste agricolatio-  
 ni priori subjectus esset debeat, mit dem aufgedruckten reservat  
 und Vorbehalt/ wo über kurz oder lang/ er der entlaßene/  
 sich wider in das Land häuslich begeben würde/ er hintwider  
 nach als vor / der Leibeigenschaft zugethan und unterworft

sen seyn solle / Stamm. de serv. pers. Lib. 3. cap. 32. §. 6. Hinc est, quod absque voluntate Domini proprietarii, des Leibherrns/ ejusmodi dimissio fiat vel minime , per L. f. ff. de natal. rest. ubi provisum extat, quod Divus Maximianus , princeps nunquam satis laudatus, persuaderi ab homine proprio non potuerit, ut ei, nisi consentiente domino manumissionis beneficium largiretur. Quo etiam respiciunt verba Zasii Lib. 1. respons. 3. quando ait: *Sane hominum proprietorum nexus usque adeo Dominis inviolatus & solidus est, ut, ne a Principe quidem Romano manumittit homo proprius soleat invito domino.* Vnde etiam Longobardorum legibus manumissus homo proprius denarialis vel denariatus ideo fuit dictus, quod jačtato coram Rege denario, ex voluntate Domini manumittendus fuerit , Besold. Thes. pract. verb. scibeigene Leute. Quod si autem facta permutatione duntaxat , alias homo proprius pro alio datur, non tam sit manumissio, quam hominis proprii in alterius Heri proprietatem translatione literæ de hac re confectæ, Germanis Schleich-Briefe/audint. Wehner. in voce: Schleich-Briefe.

## VIII.

Cæterum moribus receptum quoque est, ut ejusmodi homo proprius matrimonium contrahens , cum persona alterius Heri, octavo , poenam ideo solvat Domino suo proprietario, dem Leibherrn / quæ vocatur Ungenossene. Wehner. observ. pract. vocab. Ungenossen. Goldast. rer. alem. tom. 3. pag. 81. Licet enim hujus poenæ nulla mentio injecta sit in Laudo Heilsbronnen, tamen sub præstationibus secundum consuetudinem ibidem indigitatis , qua jura talia in singulis locis erga homines proprios exercita fuerunt, ea comprehendendi videtur , in præmium quasi amissæ futuræ prolis, hæc mulcta, si cum forensi aliqua persona , servitutis & mancipii vinculo obstricta alteri Domino & Hero , sine præscitu Domini homines proprii contrahunt matrimonium , vel ideo obtinet , quia dominus matrimonium ita contra-

contrahentis hominis fructu liberorum videtur defraudatus, & consensu domini neglectus, qualem imputatam inobedientiam, Ungenossame/nuncupant. Wehner. *cis. loc.* & auct. just. caus. pal. part. I. cap. 2. §. 13. Observantiam tamen & consuetudinem tanquam optimam, hac in præstationis materia magistrum, cum primis sequendam esse censemus. *L. 37. ff. de Legib. Klok. de contrib. cap. 10. n. 90.* Wehner. *in observ. pract. voce: Herkommen.*

## IX.

Mortuarium, nono, in casu hominis proprii mortui, Sere-nissimo Electori Palatino, secundum locorum consuetudinem penditur, vi hujus juris mortuarium, masculo mortuo, pecorum præstantissimum, das beste Haupt/ uxore autem mortua, vestium optimam, das beste Gewandt / das Weidmal/ vel Wadmal/ exigit, nonnunquam alia, certamque pecuniae summam accipit, hæredibus de eo plerumque transigentibus, quod Germani, das Hauptrecht theidigen / vocant. Quod si vero homo proprius ecclæbs sit, vel parentibus, liberis, fratribus, sororibus careat, & sine testamento decebat, quod mortalium genus, Hagenstel- gen/appellant, tota hæreditas domino adquiritur, alias nec successio testamentaria, nec legitima hominum Palatinati propriorum, legitimis hæredibus denegatur, videatur Chur-Pfälzische Landes-Ordnung tit. 8. Dn. ab Imhoff. *in notis. Imp. Proc. lib. 2. cap. 9. §. 23.* & Auct. just. caus. pal. part. I. cap. 2. §. 7. Quod jus ita succedendi jam ab antiquo obtinuisse testimoniis est, Christ. Lehman. in *Chron. Spir. lib. 2. cap. 20.* quando ait: Die vierte Beschwerde der Leibeigenen ist gewesen/ daß ih-ren Kindern/ den Kirchen/ oder jemand anderst/ oder in andere Weise/ von ihrer Nahrung etwas zu verschaffen/ und zu verma-chen keine Gewalt gehabt / sondern / wann ein Mann gestor-ben / ist der Herrschaft das beste Stück Viehe/ Pferd oder Ochs heimgefallen/ welches man denen Erben aus dem Stall gezogen / und das hat man Haupt-Recht/ oder Hauptfall genannt.

genannt. Hujus mortuarii originem, ad ea tempora referre debemus, quibus conditionem hominum propriorum ortam, sub Clodovæo Francorum Rege supra retulimus, Harprecht. *in tract.*  
*Jurid. de mortuar. part. I. §. 4.* Nec errabimus, si hoc jus Domino proprietario concessum dicamus, ad imitationem illius veteris, apud Romanos vigentis juris, quo patronus liberto, in certis casibus, succedebat. *tot. tit. Inst. de libert. success.* Siquidem hos homines proprios cum libertis in quam plurimis comparant juris Interpretes apud. Harprecht. *de jur. mortuar. part. I. cap. 3. §. 5.* & *part. 2. per tot.* Sed de hoc jure mortuarii Celsissimo Electori Palatino competenti, eo minus dubitandum venit, quo clarius illud ipsum in Laudo Heilsbron, confirmatum conspicimus, in verb. *mortuarium &c.* item : *jus succendendi in bona vacantia.* confer. Laudum Heilsbron. apud Londorp. *in contin. act. publ. Lib. 10. cap. 126.* Dn. ab Imhoff. *in notit. Imper. Procer. Lib. 2. cap. 9. §. 23.* quomodo hoc jus mortuarii etiam alibi frequentetur, adducunt Stamm. *de servit. pers. Lib. 3. cap. 22. n. 7.* & Harprecht. *de jure mortuar. part. I. §. 6.* & *sqq.*

## X.

Similiter decimo, nonnullis in locis, Potentissimo Electori competit jus per suos officiales hominibus suis propriis, in alieno territorio existentibus, tutores & curatores dandi, inventaria conficiendi, atque rationes exigendi, modo id speciali conventione, vel transactione ipsi fuerit concessum: nam extra ejusmodi conventiones & transactiones ista jura, ex tenore privilegii Wildfangiatus in alieno territorio vix prætendi possunt, secundum verba Laudi Heilsbronnensis extantis apud Londorp. *Lib. 10. cap. 126.* Habet tamen vi juris Wildfangiatus facultatem suos homines defendendi, & contra aliorum injurias & fraudes tuendi, nec non præcavendi, ne ab aliis vexit & immodicis actionibus onerentur, unde etiam auxilium protectionis Electoralis majus, quam præstationum onus esse censetur. Auct. just. caus. pal. *part. I. cap. 2. §. 15.*

S. XI.

## XI.

Patescit jam ex hisce juribus adductis omnibus, eos homines Wildfangios, quos in alieno territorio sors Potentissimo Elecotori Palatino proprios, & Domini territorii subditos fecit, duplice jure censeri, hujusque subditos, illiusque homines proprios manere; nec enim absurdus est hicce diversus talium hominum respectus, cum utique unus idemque ut subditus, certis juribus possit subjectus esse, & unus idemque ut homo proprius, ad alia onera teneri. Stamm. de servit. pers. lib. 3. cap. 23. n. 2. Vnde etiam est, quod jura, ratione hujus duplicis considerationis, & Domino proprietatis, dem Leibherrn / & Domino territorii, dem Landherrn / in una eademque persona, alienum territorium quoddam inhabitante, competentia, etiam diversimode & distinete in Laudo Heilsbronensi fuerit indigitata, atque adjudicata, in cuius rei illustrationem verba Laudi huc facientia adjicere non abs re fuit visum, quæ ita sonant: *Quoad jura in ejusmodi proprios homines, ut Wildfangios exercenda, discrimen fieri debere, inter personalia in personam seu corpus, & territoria ex jure territorii competentia: illa cum proprietate in corpora per privilegium competere, atque ex veteri jure atque consuetudine circa proprios homines de iis statuendum; inde facultatem istos adventitios, atque ex his descendentes, in numerum priorum hominum recipiendi, & constituendi censem corporis in pecunia vel gallinis, operas praestari solitas, sed ita, ut præstantibus tolerabiles, nec debitibus subditorum impedimento sint, moderatas, mortuarium, pecuniam pro introitu, den Hahe-Gulden/ pretia manumissionum, jus succedendi in bona vacantia, detractionem, die Nachsteuer/ ubi Dominus territorii haec speciali privilegio, vel usi nondum cessit, juramentum fidelitatis & obedientiae, sine prejudicio homagii Domino territoriali debiti, constitutio nem Praefectorum, vulgo Aufauthe/ qui ista observent & exigant, jus mandandi & vetandi, quoad illorum debita, officia, & præstiones juxta consuetudinem, qua hactenus talia in sin-*

F

gulis

gulis locis exercita fuerunt, relinquenda esse; cetera territorialia jura, quæ Domini confederati in libello exprimunt, tam quæ ex causa Wildfangiatus Serenissimus Elector Palatinus se sibi sumpsisse negat, nempe inductiones, ascias, gabellas, pecuniam pro itineribus filiorum, & elocatione filiarum, in ecclesiasticis & politicis, criminalibus & civilibus, realibus & personalibus, citationem, evocationem, cognitionem, executionem, appellationem, confirmationem contractuum, transactionum, testamentorum, pactorum dotalium & matrimonialium confirmationem, jurisdictionem in hereditate cernenda, jus venandi superius & inferius, forestale, piscatum, hospitaturam, alimentorum prestationem, tam pro hominibus, quam canibus & equis, censum melioramentorum, Advocatiam, affixionem & publicationem Palatinorum editorum, mandatorum, rescriptorum, iussorum, citationum, metata & hospitationem, ut & impensis militares, currus & equos pro impedimentis belli-  
cis, Iudeorum receptionem, & estimationem bonorum, finium & limitum descriptionem, quam cetera ejus generis jura, quæ adhuc prætenduntur, veluti extra operas personales, angarium, sequela, arma indicendi, lustrandique armatos, collectarum sive ordinariarum sive extraordinariarum, tutores & curatores dandi, eorumque rationes examinandi, inventaria extra casum bonorum vacantium, conficiendi, ex tenore Privilegiis Wildfangiatus seu proprietatis personalis, in territoriis Confederatorum non competere, sed ab iis imposterum ex hoc titulo abstinendum esse, nisi in locis, in quibus ex conventionibus aliquid talium est concessum &c. Confer. Londorp. in contin. act. publ. lib. 10. cap. 126. p. 486. & 487. Hæc jam loco speciminiis cuiusdam, academici exercitii loco, publicæ ventilationi subiecti, publice proposita sufficient. DEO Ter Optimo, Terque

Maximo, de præstito mihi auxilio sint dictæ grates  
immortales atque sempiternæ!

**F I N I S.**

**Q**uod Tibi MAIORVM , Tibi quod PATRIS  
æmula mens sit,  
Ardor continuus, quo petis alta, probat,  
Splendida signa probant studiorum, & strenua  
virtus,  
Ingenii, morum, sedulitatis opes.  
Laudibus es binis dignus, qui talia jungis:  
Ergo Te maneant præmia larga, precor.

*Ita*

*Generosissimo Dn. Respondenti & Autori  
hujus Dissertationis animitus gra-  
tulaturus accinebat*

P R A E S E S *hujus Disputationis.*

**I**N laudes iam nolo tuas excurrere verbis,  
Dum Tibi tot docti vota secunda vovent.  
Vt tamen exhibeam prona criteria mentis,  
En cape, qua scribit dedita penna Tibi.  
Sis felix! semper bona T' e fortuna sequatur!  
Fata Tibi porro prossperiora fluant!

Hæc pauca Generosissimo nec non Doctissimo  
DOMINO RESPONDENTI, Amico  
suo æstumatissimo, gratulab.  
apponere voluit

P. W. Perschbecher, Mœno - Francfurt.  
Opponens.

Jura Palatini calamo dum vindice tractas,  
Quidque huic sit proprium, Dulcis Ami-  
ce, doces:  
Non magis ingenii vim magni ostendere posses,  
Quo porro stirpem nobilitare vales.  
Gratulor has laudes : sic præmia magna se-  
quantur,  
Ut magna est virtus ingeniumque Tibi.

Hac sunt,  
GENEROISSIME DOMINE RESPONDENS,  
qua gratulabundus addere  
voluit


F. H. Hildebrand. Oppon.

Q Vicquid molitur fortis Leo vincere, vincit,  
Obvia prosternit robore, viæ jacent.  
Barbariem, o LOEWEN, viam virtute leonis  
Viæ cerno Tibi jure dedisse manus.  
Ergo applando Tibi captum gratorque ferarum,  
Sic referes Patriæ fercula grata Tuæ.

Hicce Generosissimi atque Doctissimi D O M I N I  
RESPONDENTIS, Amici hucusque in-  
tegerrimi, laudes promeritas reticere noluit,  
insuper de edito hoc singularis eruditiois  
specimine animitus gratulari, faustaq; omnia  
Eidem appreclari voluit Ipsi semper addic-  
simus

R. F. ab Humbracht, Moeno-Francofurt.  
Opponens.





Kf 1636

ULB Halle  
005 302 668



3

Wort von 18 nE



# Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

89.  
D. B. V.  
10.  
TIO PVBLICA  
DE  
OFANGIATVS  
SIMO ELE-  
PALATINO  
OPRIO  
DERAMINE  
DEBRANDI, JC TI  
VC. PALAT. SOLISBAC  
P. NORIC. CONSIL.  
ROE. PVBL.  
14.  
VM VNIVERSITATE  
VN. MDCCXVII  
TER VENTILATA  
22.  
A  
AVRITIO DE LOEWEN  
LATINO. 5/2  
11.  
ALTORFI  
LESIVS, VNIV. TYPOGR. A. 1723.  
15. No. 24.